Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



54.

Clinis vestibus indutam, patre vero in itinere mor-
tuo, aliquandiu Tyri moratam cum adolescenti-
bus scholam frequentasse; dehinc a Nobili quodam
Germano in Germaniam reductam, ab infamia et
suspendio mire liberatam, demum in Schænaugia
celebri Sueviæ et Ordinis Cisterciensis monasterio
anno 1186 sub nomine fratris Josephi, quod ei jam
Puer cum vestibus alienis indutus erat, in Novitium
susceptæ, biennium ferme sanctissime transegisse.
Morbi proximam S. Petri Schænaugiensi Confessi-
huic suæ arbitro, sororum et arctæ suæ senem pandisse:
et post obitum multis claruisse miraculis. Sequitur
apud Manrique quem adam. 1188. Hildegundis, alii Ingenio
nobilis, Joannis Baptistæ Candidus declamandis pro-
fessus addicta, quædam haud spernenda Lectionis operis-
sa metro conscripsit, utpote de ejus annuntiatione,
nativitate, et parentum exultatione. Denique car-
mine etiam prosenta est, quidquid legerat de illius
sanctitate. Et Cæsarius l. 8. c. 30. Præcessorem
Domini, plus omnibus Sanctis dilexit, nec sufficere-
bat ei de illo cogitare, illum obsequiis et orationibus
honorare, aliis illius prærogativas prædicare; quin
etiam ad perpetuandam ejus memoriam, versifica-
retur de ejus annuntiatione, nativitate, et gaudio
parentum. Literata siquidem erat, et ideo versibus pro-
fequi studuit, quidquid de illius sanctitate legerat.
Hinc inter Scriptores Cisterciences refertur docta et
sancta Virgo a Vischio Biblioth. Cister. Epitaphium
illi positum sequens:

Omnis heme miretur, homo quid fecerit iste,
Hac cujus fossa cineres inclusit et ossa.
Mas vivens paret, moriens sed femina claret.
Vita refellit, morsque refellit eam simulatam.
Hildegund dicta, vita clara in codice scripta.
Maji Bissenis est hac defuncta Kalendis.

Videtur, ut ait Cæsarius: Quarta feria hebdomade
Paschalis duodecimo Kalendas Maji, anno Domini
millesimo centesimo octogesimo octavo, quo eadem
feria incidit in 20 Aprilis; ad quam diem vid. Hen-
gnius Menologium; et Vide Acta 55. de ea spic.

Quamquam colore de Hildegunde
Moniali inter Moniales, vivente
nam sic hæc dicantur. Adhuc non
Hildegundis nomine